

universorum, debet æque affectus esse erga omnes populos, seu erga omnes suos filios, et vicissim omnium gentium fiduciam obtinere. Porro 1<sup>o</sup> si aliqui potestati politice esset subjectus, jam non posset omnibus eamdem sollicitudinem prestare, aut certo per suum statum civis alieno gubernio subdit, continuo acueretur ad se exendum hac benevolentia et æqua propensione. Ergo in statu abnormali constitueretur, et aliqua parte sue libertatis privaretur; præterquam quod totalitate exercitii libertatis exterioris, ac proinde sui offici, spoliari ab aliquo principe posset.

2<sup>o</sup> Si omnes gentes fiduciam aque non haberent in Pontifice supremo, qui omnes moderandi minus habet, ejus guberniorum suspecta esset; non omnes obsequenti ac cando animo ejus leges acciperent, ac proinde periculum salutis pro aliquibus nasceretur. At sine civili principatu, omnes populi certo non aque haberent fiduciam; nam, regni divisus, fieret ut princeps cui Rom. Pontifex subditus foret, ad eum trahere vellet, et quandoque adhibita vi morali vel etiam physica niteretur. Inde aii principes, contra priorem debilantes, auctoritatem Romani Pontificis despicerent.

II. Romanus Pontifex est inter homines concretum elementum divinum a Christo relictum, et regula directiva ordinis moralis et supernaturalis; itaque auctoritate potitus est cui subjiciuntur omnes homines. Porro si principatu temporali destitueretur, jam rector supremus ab inferioribus dirigetur, seu gubernatus gubernatorum regereret, elementum divinum ab humano penderet, et auctoritas supremi ordinis auctoritatem ordinis inferioris obnoxia foret, quod est absurdum. Ergo...

319. — *Scholium.* Nee valet effugium quod in *civilibus* tantum et in *temporalibus* Romanus Pontifex esset subditus, dum in *religiosis* negotiis esset superior: nam ad factum quoq; attinet, evidens est illum dominatum in negotiis religiosis nullo modo exerceri posse seu nullam sortiri realitatem externam nisi id permittat potestas civilis: itaque etiam in religiosis regendis Rom. Pontifex esset dependens. — Si jus ipsum consideremus, hanc fallaciam iterum denudabimus. Etenim 1<sup>o</sup> ordo civilis ordini morali

subjacet, ideoque ordo civilis per se non est absolute independens a supra regula totius ordinis moralis; 2<sup>o</sup> ordo religious a civili et temporali non potest realiter separari: cultus externus et publicus, media ad cultum et ministeriorum religiosis necessaria involvunt actus et res temporales atque civiles. Ergo futile et ridicula est haec distributio objectorum potestatis.

Præterea distinctio inter negotia religiosa et negotia temporalia talis habetur qualis inter res simpliciter diversas, et sic fit fundamentum *realis et completæ* separationis utriusque potestatis; porro res eadem sub diversis respectibus potest esse materia negotii religiosi et negotii temporali. Ergo fallax est illud fundamentum, et fit ut Ecclesia romaneat solus ordo logicus, seu conceptuum abstractorum dominium, sine ulla realitate externa et sensibili: quam putide sint illæ distinctiones et argutiæ nemo non videt.

§ II. — De gradibus inferioribus auctoritatis ecclesiasticae divinitus institutis.

320. — Ut constat ex dictis, integrum corpus apostolicum accepit a Christo jurisdictionem universalem; sed Petrus constitutus fuit centrum unitatis et supremus Pastor totius Ecclesie, que est una. Quia de causa Apostoli, cum plures fundarunt Ecclesias, illas sibi absolute retinere non poterant, sed easdem referre debebant principio unitatis, secus plures fuissent Ecclesiae disiecte, et non una Ecclesia, quod constitutionem primaverat subverteret; itaque dum praesules in munere regendi Ecclesias particulares sibi sufficiebant apostoli, easdem Ecclesias obnoxias reddebant principio unitatis, seu Petro ejusque successoribus.

Ergo Christus ita ecclesiasticam auctoritatem constituit, ut sit in Ecclesia duplex potestas divinitus instituta: una suprema et independens, que reservatur Romano Pontifici; altera inferior et priori obnoxia, que est in singulis episcopis.

321. — Ecclesia particularis, cuius Episcopus est pastor et rector, seu locus territoriali quo haec particularis aggregatio ecclesiastica continetur, *diocesis* appellatur, quasi

locus *separatus* sub ejusdem præstilis administratione; est quedam societas perfecta in suo genere, si nomen perfectæ aliqui parti generali societatis dari potest.

Universa ergo Ecclesiæ administratio concipi potest, ut quoddam generale sistema quod ex harmonia plurium particularium systematum resultat; videlicet singulæ dioeceses seu ecclesiæ particulares quoddam peculiare systema constituant quod circa Episcopum revolutum tanquam summum centrum: « Extra unitatem episcopi nulla salus (1). » Sed una est dioecesis particularis, nempe Romana Ecclesia, que immediate gubernatur ab Episcopo maximo, est centrum totius systematis generalis. Et systemata particularia etenim pertinent ad ipsam Ecclesiam universalem, quatenus circa hoc centrum generale revolvuntur; systemata particularia que hanc relationem abrumpent, remanent sidera errantia in vacuo, quibus nullus remaneret ordo (2).

322. — Ex dictis resultat Episcopum in sua dioecesi potestatem habere *legislativem* et *executivam*, sed dependentem et supremam obnoxiam. Haec potestas, secus ac superior, infallibilitate in fide et indefinitibilitate in charitate non fruatur, quod probant theologi, et iam rationi naturali ista dotes videntur, ac minus, inutiles et superflue, cum sufficiat auctoritas infallibilis et indefinitibilis Romani Pontificis. At si a lege communis, ut superius diximus, recederet præsul alieujus dioecesis non esset amplius episcopus catholicus (3).

Hec innuere sufficiat: natura enim potestatis ecclesiastica inde sufficiorer cognoscitur, et societatis religiosa indoles sat manifestatur, ut nostra tractatio de societate religiosa sit completa. Etsi disputatio hanc nostra ambitu juris naturalis contineret debet, tamen cum *de facto* et *ex positiva Dei dispositione* nulla sit societas religiosa mere naturalis, ut jam monimus, aliquam ejusmodi societatem abstractionis mentis confundre non expediebat; sed rem, prout est in se, referre oportebat, cuius institutionis perfectissimam convenientiam palam facere nou-

(1) Cyp. Ep. 32.

(2) Inst. juris can. in egl. S. Appoll.

(3) Clem. Schrader, de unitate Rom. C. 8.

abs re erat. Deinde ex altera parte in tractatu de Ethica rationali non potest, nostris praesertim temporibus, prætermitti disputatio de societate religiosa. Itaque hactenus recensita ad pleniorum tractationem juris socialis spectant. Reliqua vero ad nostram disciplinam non pertinent, sed ad theologiam et ad jus canonicum, que alias principia praesentis disquisitionis circa societatem ecclesiasticam nobis suppeditarunt.

### § III. — De forma regiminis Ecclesie.

323. — Que hactenus de natura potestatis ecclesiasticae disputavimus, Ecclesiæ regimen deludeo manifestant. Per formam enim regiminis intelligitur consensio omnium elementorum societatis in communem finem vergentium, seu modus secundum quem intellectus concordant, voluntates uniuersit et media coordinant intiuita finis assecundi; sed activa directio horum elementorum ad finem est potestas. Ergo ex dictis de potestate, prona est conclusio circa formam regiminis Ecclesie.

Etsi res sit in promptu posita, tamen non defurerunt auctores, qui de hac re falso aut etiam perverse sentierunt.

1º Marcius Patavinus, ut Ludovicus Bavari, qui Romanos Pontifices oppugnabat, gratiam aucepere, docuit 1º in Ecclesia summam potestatem esse in toto cœtu fideliū, non secus ac in aliis omnibus, inquietabat, societatisbus; 2º hanc potestatem translata fuisse in principes, sicutem fideles.

2º Protestantes innumera circa hanc questionem coixerunt systemata, quo vel ad democratiam puram, sine ulla translatione potestatis, vel ad liberrimam confederacionem, vel etiam ad negationem ipsius Ecclesie, ut societas distincta a civili, etc., regimen Ecclesie reducent.

3º Richerius, Sorbonie syndicus, affirmare etiam ausus est 1º formam regiminis Ecclesie esse democratiam: Christus, iuxta ipsum, immediato dedit summam potestatem cœtu fideliū; potestatem tantum ministerialem Romano pontifici, Episcopis et presbyteris diverso quidem gradu immediate contulit: itaque jurisdictio seu potestas

tum episcopalis tum parochialis immediate veniret a Christo, et Romanus Pontifex Ecclesiam dissentientem aut inconsultam obligare non posset.

Hos omnes excessus suo modo recoxit Febronius (Nicolaus Hontheim).

Sed hic error Protestantismo valde affinis, non secus ac superioris, evidenter pugnat cum verbis Christi (I), ut ostendunt theologi.

Quam ob causam, catholici non querunt utrum illud regimen sit democraticum vel monarchicum, sed unice disputant utrum sit monarchia pura, an censeri debeat monarchia elemento aristocratico temperata.

Tamen quidam theologi, *gallicani* nuncupati, olim decent formam regiminis esse aristocratiam, quia, juxta ipsos, suprema potestas regendi Ecclesiam non a Romano Pontifice resideret, sed tantum apud Episcopos in consilio generali sub Petro coadunatos. Theologi vere catholici etiam ostendunt argumentis certissimis hanc doctrinam ab errore Protestantum et Richerii non valde abluere, et esse, saltem post concilium vaticinum, haeticam.

### 324. — THESIS. *Forma regiminis Ecclesie est monachia.*

*Nota.* Plures catholici cum Bellarmino tenent regimen Ecclesie esse monarchiam aristocratię temperatam : quod adstruunt ex duplice potestatis collatione a Christo facta (311). Alii, cum cardinali Urio, qui alias cum superioribus convenient in iis omnibus quae spectant ad originem et potestatem ordinis episcopalis, arbitrantur ea nullum impedire quoniam Ecclesia regimen dicitur simplex et absolute monarchicum ; et in hoc sensu thesim ponimus.

*Probatur.* Monarchia pura habetur quando potestas suprema adaequate residet in una persona physica (281) : atque suprema potestas ecclesiastica in solo Romano Pontifice residet. Minus constat 1º ex superiori dictis; minirum ex eo quod suprema potestas summo Pontifici inest et ab ipso solo ordinario exercetur ; singuli Episcopi potestatem ordinis inferioris habent ; nullam vero partem auctoritatis supremas seu quae se extendat ad universam Ecclesiam

(1) Joan. xxi, 15, 16 et 17, coll. Matth. xvi, 18 et 19.

et in se sit suprema, possident ; 2º aliquando, seu per accidens, suprema potestas a summo Pontifice in concilio generali exercetur ; sed hic modus agendi non impedit quin Romanus Pontifex plenitudinem potestatis supremae habeat. Ipse enim Pontifex, qui solus potest congregare concilia ecumenica, consortium aliorum Episcoporum sibi adsciret in negotiis magis arduis : itaque, vi unionis moralis cum subiecto physico supremas potestatis, Episcopi modo tamen dependenti participes officiunt huiuscemodi potestatis ; 3º si Romanus Pontifex ab ipso concilio discederet, iam istud supremam et universalem jurisdictionem amitteret, que tota ad Pontificem rediret : Petro enim, ut personae singulari, supremam potestatem nullis conditionibus alligata Christus contulit, qua proinde ab illo capite corporis episcopalis separari nequit. Itaque impossibile est, juxta positivam Ecclesie constitutionem, ut potestas suprema ex toto vel ex parte, ab aliis, quam a Summo Pontifice, ex invito et reluctante, exercetur.

Ergo in societate ecclesiastica forma regiminis est monarchia pura.

325. — *Scholium.* Nonnulli in hac re decipiuntur quia originem divinam potestatis episcopalis cum ejusdem natura permisceant. Potestas episcopalis utique venit mediante vel immediata a Christo, et ratione originis est divina ; verum haec jurisdictio non est *suprema*, sed dependens, (274) ; itaque in praesenti parum refert an jurisdictio episcopalis veniat a Christo, mediante Romano Pontifice, vel aliter, sicutius unice agitur de potestate *suprema* ejusque subiecto ; residente haec potestas in una persona physica vel in pluribus.

### SECTIO III

#### DE JURE INTERNATIONALI.

326. — Instinctu socialitatis nec non indigenitatis physicas et moralibus homino ordinatur et institutur ad societatem universalem : non modo ad personas inter se, ut societas domestica constitutur, et familias invicem, ut in societatem civilem constituantur convenienter, verum etiam ad

gentes communi vinculo consociandas inclinat ipsa natura. Ultima perfectio humani generis junctionem societatum civilium inter se postulare videtur, ut concuento virium bonum commune plenius et uberior possideatur. Jam in societatem religiosam haec naturalis inclinatio aliquo modo se pandit; sed prout ad bonum naturale querendum incitat natura humana, essentialiter socialis, ex mutuo commercio nationum societatem internationalem efformare nititur, cuius leges fondamentales suppedit *jus gentium*. Sed quid proprie intelligatur per jus gentium declarare in primis oportet:

*Gentis* appellatione eadem sepe notio venit ac nomine familiæ; sed hic voce gentis intelligimus integrum civitatem aut nationem seu populum.

Jus gentium est quasi medium inter naturale jus et humanum; jus enim dividere solent Jurisconsulti Romani in naturale, gentium et civile. *Jus naturale* est illud quod ab ipsa natura datur, *civile* quod civili potestate introducitur, *gentium*, quod communione gentium habetur, et earum usu introducitur. Sed in illius intime natura explicanda variae sunt sententiae:

1º Jurisperiti communiter distinguunt jus naturale a jure gentium in hoc quoad jus naturale est commune bratus etiam animalibus; jus autem gentium est proprium hominum: ita definitur in *Institut. Justin.* Unde jus gentium esset jus naturale quod est proprium hominum, *jus gentium est quo gentes humanæ utuntur* (1).

2º Quidam theologi jus gentium naturali non inepta distinguunt quod naturale sine discurso, vel facilissimo discurso innoscit, jus autem gentium per plures illationes et difficilliores colligeretur. Fundamentum ergo habet in natura; sed in se non constituit, saltem quod nonnulla precepta, sine aliqua determinatione positiva.

3º Non desunt etiam auctores qui opinantur jus gentium unico a voluntate popularum, rebus exigentibus, derivatum esse. Esse ergo jus vel consuetudinarium seu usu diuturno omnium vel fere omnium gentium introductum (2).

(1) Inst. lib. V. novissim editio lo. iustitiam auctoribus

(2) Suarez, de Leg. I. n. cap. 19. n. 3. et colligamus in libro meo

vel pactitium seu pactis gentium tacitis innixum; consequenter non esset jus ex ipsa natura emergens, sed potius quedam species juris positivi. « *Jus gentium*, ait Grotius (I), id est quod gentium omnium aut multarum voluntate vim obligandi accepit. » Tamen fatetur « extra jus naturale, quod ipsum quoque gentium dici solet, *vix* ullum jus reperiri omnibus gentibus commune. » Itaque ex secunda et tercia sententia ad unam magis complexam redactis habetur plenior et verior definitio, nam *communibus gentibus moribus inducitur jus illud, instigante natura.*

4º Nos in præsens jus gentium consideramus, non ut contradistinguitur a jure naturali, neque universim seu quoad omnia præcepta quibus constat, sed tantum quoad illa que fundamentum præsent est ordini internationali; quamobrem, per jus gentium, in hac tractatione, venit tantum jus gentium, in hac tractatione, venit tantum jus internationale, quoad illas leges que fundamentum habent in natura, et communibus omnium gentium moribus inferuntur. Agitur ergo de jure internationali, non quidem pactio sed fundamentali. Ordo internationalis fundatum habet in ipsa natura: homines enim ratione nature communis et mutuorum officiorum vi humanitatis emergentium, invicem ordinantur, quin ultra limes localis, assignari possit istarum relationum. Principium generale: « *Nemini nocere, facere bonum*, » nullis limitibus circumscribitur. Itaque gentes, quæ hominibus peculiari vinculo invicem ligatis constant, atque personas morales effervent, officia et jura ad invicem ab ipsa natura softiuntur. Præterea, Ecclesia, quæ est societas naturalis universalis, jam positive gentes movet ad societatem internationalem insundam, et formam essentialiē hujus societatis, naturam iurium et officiorum quibus gentes inter se devincuntur, suopte ingenio innuit.

Agemus 1º de mutuis officiis nationum in statu nativo seu quieto ac pacifico; 2º de mutuis officiis et iuribus in statu conflictus.

(1) De jure belli et pacis I. n. 14.

mutuum sed etiam  
a alterius imperii  
sue invictive deo coniunctum

§ I. — De mutuis officiis nationum in statu nativo seu normali spectatarum.

— 327. — Etsi jura et officia nationum ex ipsa natura emergant, tamen horum jurium et officiorum applicatio[n]em et extensionem natura non semper determinat; inde, in iure gentium late spectato, duo sunt distinguenda: 1<sup>o</sup> id quod ab ipsa natura determinatur, 2<sup>o</sup> id quod in natura utique radicatur, sed pluribus modis determinari potest, ac proinde nonnisi interveniente voluntate humana definitur. Argumentum ergo primum de iuribus et officiis ex sola natura emergentibus; postea de officiis et iuribus ex fidebre proficentibus.

*bis*

*tertio* i. Officia et iura qua ex ipsa natura rerum efflorescant.

*quarto*

— 328. — Officia gentium seu nationum possunt dividii in *absoluta* et *hypothetica*; que vi solius naturae, nullo posito factu, emergunt, absoluta appellari possunt; si ex hypothesi aliquius facti enascuntur, hypothetica sunt.

*quinto*

— 329. — THESIS. *Fundamentum omnium officiorum et iurium qua statum exterritum gentium determinant, in amore quem sibi mutuo præstare tenentur, collocari debet.*

*sexto*

*septimo* i. *Probatur.* Omnes homines, seorsim spectati, lege m[un]di amoris obstringuntur ita ut alter alteri idem bonum appetat, quod cupit sibi; haec lex nullis limitibus circumseribitur, sed quemlibet hominem ligat orga quemcumque alium, hominem: inde tam late patet terminus amoris respectu talis hominis quam patet ipsa humanitas. Jam vero homo, cui ipso quod alii civitatis pertinet, ab hac lege amoris erga omnes prorsus homines non solvit: 1<sup>o</sup> natura societatis cuiusque id non poscit nec poscere potest, quippe eam esset aliud contra ordinem rerum, sed 2<sup>o</sup> modo socialis qui hominem perficit, pleniorum principiorum naturae cognitionem afferendo, arietius adstringere debet mutum hunc hominum amorem.

Atqui naturalis et primordialis ordinatio hominis ad homines est evidenter fundamentum omnium relationum

socialium, ut alias constat ex dictis, ac proinde omnium officiorum et iurium. Ergo...

330. — *Scholium.* Verum hic amor quo ceteros homines diligimus, cum amore quem nobis debemus, componi debet: uterque amor est vox et lex nature. Itaque

331. — THESIS II. *Supremi imperantes debent utilitatem proprie gentis anteponere utilitatem gentis aliena.*

*Probatur.* Supremi imperantes officio tenentur arietissimo procurandi bonum societatis, cui praeficiuntur; porro, si utilitatem proprie gentis negligenter, aut ipsi non magis prospererent quam utilitati aliorum, suum officium deserarent ac violarent. Ergo supremi imperantes primum utilitati proprie gentis consulere debent; et in hoc sensu valet axioma veterum: *Patria prestat omnibus.*

332. — *Corollarium.* Ergo illud intercedat discrimen inter magistratum publicum et personam individuum, quod haec commodi particularis jactaram laudabiliter facere potest in utilitatibus aliorum, dum ille societatis utilitatem posthabere nequit sine proprii officii violatione: persona privata in hoc easu de se suisque rebus disponit, dum persona publica de rebus communibus statuerit contra legem fundamentalē associationis.

333. — THESIS III. *Omnes nationes, sive magnae sive parvae, aequiparantur quoad iura absoluta.*

*Probatur.* Inequalitas nationum non posset oriiri nisi aut 1<sup>o</sup> ex eo quod esset inegalitas in iuribus sociorum componentium variae nationes; aut 2<sup>o</sup> nova iura nascentur ex nova compaginazione quorundam hominum; aut 3<sup>o</sup> fundamentum illarum societatum esset diversum; diversitas enim illa in iuribus absolutis, non potest venire nisi ex qualitate consociatorum vel ex facto ipsius consociationis. Atqui neutrum dici potest: 1<sup>o</sup> omni ex parte multitudine constat hominibus, qui eadem natura insidemque iuribus individualibus fruuntur; 2<sup>o</sup> maior incrementum seu nova accessio quorundam civium nulla iura addit, tum quia iura societatis, ut sic, non veniunt ex delegatione membrorum, tum quia, et si id haberetur, homines recenter compaginati eximia quadam non afferunt iura quibus

priores consociati carebant; 3<sup>a</sup> fundamentum cuiusque societatis est idem: natura humana socialis, et iura magistatica seu ipsa potestas politica a Deo aequaliter concessa cuilibet societati.

Ergo nulla diversitas ac inaequalitas quoad iura absoluta in diversia nationibus agnosci potest.

334. — *Corollarium.* Ergo hanc aequalitatem juris subvertere aut immutare nequeunt magnae nationes quin ius naturale manifesto ledant: et hec iura essentialia hædere idem est ac mortem alicuius societatis, quae ab his iuribus vitam socialem habet, appetere, quod in ordine sociali perinde valet ac in ordine privato mortem proximo moliri.

335. — *Scholium.* Tamen quicad iura que in aliquo facto fundantur, et presertim in illo ex quo diversitas nationum enascitur, haec certo sunt inaequalia. Porro, cum in conventionibus gentium, id est, in solemnibus summorum imperantium conciliis, isti per legatos aut alter sedent, nihil vetat quominus haec inaequalitas accidentalis sit regula ordinis honore antecedendi servanda inter diversas nationes sic coadunatus; hic ordo tamen ex pactis tacitis vel expressis repeti solet.

336. — *THESSIS IV.* *Vetitum est aliarum gentium perfectioni et tranquillitati aperte vel latenter nocere.*

*Probatur.* Gentibus singulis evidenter competit jus adhibendi mediis propriae conservationi et perfectioni necessaria quæ eius sunt et nemini damnum faciunt: natio quæ tali jure destitueretur non esset societas perfecta, seu natio proprie dicta, nempe civitas sui juris ac integra, id est, status independens. Atqui huic juri prospiciendi propria conservationi, perfectioni ac felicitati responderet debet consentanea aliarum gentium obligatio: omnibus incumbit officium non hædendi jus aliorum. Ergo gubernium quod aperte vel insidiose aliquid moliretur, quod aliarum gentium perfectioni et tranquillitati detrimentum afficeret, reum esset lassi juris earamdem.

337. — *Scholium.* Non tantum principium *Neminis nocere* in nationum officia cedit, verum etiam hoc alterum: *Fac bonum.* Officia enim beneficentiae non minus nationes quam homines individuos obstringunt. Relations chari-

tatis quibus homo quilibet vi naturæ communis erga omnes alios sine ulla exertione devincitur, solvi nequeunt per statum socialem, sed strictiores efficiuntur propter perfectiorum cuiusque obligationum cognitionem. Itaque officia mutuo beneficentiae tenentur omnes gentes, sine tamen detimento proprii boni propriæ felicitatis. Haec officia ad genus officiorum *imperfectorum* revocantur, que nempe postulari possunt, sed exigiri nequeunt: at injuriam proprie dictam facit, qui impedimenta ponit no aliquia natione suam perfectionem viresque in iis que juri perfecto aliorum non detrahunt, augeat.

II. *Officia ex pactis presertim emergentia.*

338. — I. *Commercium,* inter media quæ ad commodum et jucunditatem nationum proficiunt, præcipuum locum meretur, atque generativum in emendo, vendendo et permutoando res ac pecunias situm est. Cum aliqua natio quibusdam rebus indiget quarum altera copiam superfluentem habet, fit ut natura ipsa ad mutuum commercium nationes ordinet; ex illo etiam hoc profit emolumenatum quod ex pacifica illa mixtione gentium, scientiae ac artes in unaquaque amplificentur, et mores ad lenitatem magis ac magis propendente.

Licet nationes vi naturæ ad negotiationem et commercium inducentur, nulla tamen gens officio proprio dicto, seu *perfecto*, obligatur ad negotiations facienda cum altera natione, nisi saltem ista in case extreme necessitatis versaretur, quia obligatione quo homini cuique incumbit subveniendi proximo in summo vita discriminis posito, si id fieri potest sine proprio detimento, ligantur etiam nationes.

Itaque, 1<sup>a</sup> nulla natio cogi potest, ut alterius commercium admittat, resque quibus abundant, alteri vendat, nisi hæc magna indigentia et necessitate laboret seque alteri incolunem servare nequeat.

2<sup>a</sup> Jus proprio dictum ad commercium cum alia natione exercendum acquiritur sola pactio, que conditiones istarum negotiationium determinat.

3<sup>a</sup> Jus itaque nature hæderet aliqua natio, que aut mer-

catum inter duas nationes impidire vellet, aut, secundo pacto sociali, sibi vendicaret facultatem exercendi commercium aut tale genus mercaturarum, exclusis aliis nationibus.

4º Cum negotiationes et commercia sint libera, integrum est enique nationi importationem vel exportationem aut penitus prohibere, aut debitis vestigialibus coercere, quotiescumque id expositulat utilitas publice seu bonum proprium hujus gentis: certe lex mutua benevolentia inter nationes credit legi utilitatis aut necessitatis propria singularum.

339. — II. *Federa.* Commereium inter nationes importat federa et pacts, quia jus natura non determinat conditiones permutationis mercium, quae per contractus internationales praestitutum.

340. — THESIS. *Federa nonnisi a supremis imperantibus sive per seipso, sive per suos legatos, iuri possunt.*

*Probatur.* Federa sunt contractus in quibus partes contrahentes sunt ipsæ nationes, ut sic, nempe societas politica et quorum objectum juribus eaurumdem societatum continetur. Atqui solum subjectum supremæ potestatis 1º vicem totius societatis gerit, de cuius 2º juribus pacisci solus potest, siquidem suprema potestas est complexus jurium socialium quæ communè bonum societatis respiciunt. Ergo federa internationalia pangere ad solos summos imperantes pertinet.

341. — *De objecto seu de materia illorum federum idem dicendum est ac de materia contractuum inter privatos. Hoc unum satis erit dictum quod objectum federum internationalium proprie extra id omne ponitur quod ad jus nature evidenter pertinet; nam ad illud jus servandum omnes gentes absolute, seu sepositio quibuscumque stipulationibus, jam obstringuntur; verumtamen quandoque cum gentibus barbaris, quæ leges naturales parvifaciunt, officia nature sunt objectum federis; id ergo contingit per accidentem.*

Federa solvuntur 1º per omnes causas quæ alios contractus rescindunt, 2º per infractiones ex parte aliquius contrahentis: tunc altera pars potest aut ab omni obliga-

tione se solutam existimare, aut partem quæ fide decessit ad pactum implendum adigere. Si tamen pars infidelis non sua culpa sed rerum aduersarum vitio, conventionis staro promissaque prestare non valeret, nempe in absoluta et perpetua impotentiæ versaretur ad effectum adducendi stipulationes, fodus simpliciter dissolvetur.

342. — III. *Legationes.* Federa generatim non ab ipsis principibus immediate ineunt: imo in statu polyarchico id foret impossibile. Inde necessitas et officium *legatorum sive oratorum*, vel *internumerorum* emergit: illud munus eo in consistit ut legalis, gentis nomine ac mandato, extra territorium et apud extoram gentem negotia sua gentis tractet, ejus commodis publicis consulat; dum quidquam sua gentis nomine ac mandato agit, nationem suam representat, sou habet *characterem representativum*, qui constat ex *literis credentialibus*.

Qualitates et officia legatorum ex natura mandati sufficienter immotescunt. Quoad iura, evidens est 1º jus legationum ab ipsa natura tributum fuisse gentibus, siquidem debent inter se communicare; 2º jus mittendi legatos iis tantum competit penes quos resedit supreme potestas (334); 3º libertas et inviolabilitas legatis competit vi munericis, secus jus ipsum legationis destrueretur, et exinde naturale unius nationis jus communicandi cum altero legederetur. Inde consequitur legatos jurisdictioni gentis, ad quam mittuntur, minime subici: praterquam quod representant gentem, quæ non est alteri obnoxia.

Non inde tamen sequitur legatum qui crimen admitteret contra gentem apud quam dedit, non posse reprimi et extra civitatem ejici: inviolabilitatem utique sibi vindicat ratione munericis, quo tamen abuti nequit aliquid in perniciem gentis cui immitteretur, occule vel publice moliendo. Jus legationis evidenter credit juri societatis prospiciendi proprio saluti: cante tamen contra legatum, insidiarum in gentem apud quam moratur, reum, procedi necesse est, imo expedit ut pena aut a proprio principe hujus legati applicetur, aut e gentis læsse territorio pulsionem non ultragrediatur.

## § II. — De mutuis nationum iuribus et officiis tempore belli.

343. — Ordinem socialem quo fruitor una gens, altera turbare potest, aliquid moliendo contra bona aut personas seu membra istius societatis : tunc natio lessa in suis iuribus media efficacia adhibere debet ut ab ulteriori danno se tueatur, et illud quod passus est resarcatur. Si legationes et media pacifica non sufficiunt, potest vim adhibere ad ordinis redintegrationem obtinendam. Tunc illæ gentes in statu conflictus violenti se belli se constituant.

Bellum a Cicerone definitur *certatio per vim*, et consimili modo Grotius rem definitione declarat, cum hoc tantum discrimine quod bellum, non actio, ut inuit Cicero, sed status dici debeat : « Usus, inquit, obtinuit ut non actio sed status eo nomine indicetur, ita ut sit bellum *status per vim certantum*, qua talis (1). » Sed illæ definitions etiam privatum bellum, injustam aggressionem, imo et latrocina comprehendunt, ideoque sunt rejiciende. Ex dictis de justa causa bellii patet bellum recte describi posse : *Ordinis periclitantis violentia defensio ac redintegratio per illos qui supremam habent auctoritatem in divisionibus nationibus*.

Bellum dispescitur 1º in *offensivum et defensivum* prout vis inferunt aut repellunt : qui hostem vi aggreditur gerit bellum offensivum ; qui arma suscepit ad se tenuendum, bellum gerit defensivum ; 2º in *solemne et minus solemne*, ex ritibus qui declarationem initii hostilitatum comitantur.

344. — THESIS. *Jus belli nationibus competit.*

*Probatur.* I. Sociates, non secus ac individuae personæ, iura connata et absoluta potiuntur, quæ adjunctum *habent jus securitatis* : sine enim illorum iurium assecratione, proper corruptionem hominum, ipsa iura sepe forent inania, ideoque *jus securitatis*, vi cuius homo pati non tenetur lesionem suorum iurium, competit personis physicis aut moralibus quæ iura habent.

(1) *De jure belli et pacis l. 1, ii, 1.*

Illud jus securitatis importat jus indemnitatæ, defensionis et præcautionis. Atqui iura societatum aliquando sarta teactaque esse nequeunt sine bello : malitia enim aliarum gentium proterve et contumaciter conculeari possunt. Ergo jus belli, quod tune non est aliud ac jus securitatis efficaciter exercitum, nationibus competit.

II. Securitas iurium particularium a civibus repetit post ex ministerio judicium; inde cives, in statu conflictus, iurium lasorum redintegrationem obtinent ministerio tribunalium civilium; sed inter gentes nullus judex potest remanet sors belli.

Itaque cum iura incolumia interdum servari non possint nisi urgendo jus securitatis, fit ut bellum quandoque sit unicum medium redintegrandi ordinem, reparandi dammum, ac proinde evadit medium justum.

345. — *Scholium.* Illud discrimen intercedit inter personam privatam et societatem, quod illa de jure suo aliquid cedere potest virtutis amore, dum haec aliquando naturæ officio adiungit ad jus violatum ab omni iuriorum præstandum, ut bono communi sociorum consulat. Officium enim invigilandi felicitati omnium membrorum societatis incumbit summo imperanti, qui proinde nequit ab arbitrio bonum illorum alii gentibus permettere (320). *Jus belli* respondet officio prospiciendi felicitatis publicæ, et exinde penes supremam potestatem residet, quæ actus sociales exercet.

346. — THESIS II. *Ut bellum sit legitimum requiritur causa justa moraliter certa et necessitas proprie dicta.*

*Probatur* 1<sup>a</sup> pars. Bellum trahit secum ingentia mala et duras calamitates; atqui tot et tantæ ærumnæ nemo inferre licet potest, nisi adsit causa gravissima et instantans : loderet enim proximum vetitum, et illo officio naturæ omnes devincuntur, principes et societates, non secus ac homines individui. Ergo, nisi adsit causa, et quidem gravissima, respectu boni publici, summi imperantes rei essent tot casuum et malorum quæ secum trahit bellum, et lassi juris nature, si bonum publicum ex necessitate non posceret tale medium. Hece causa debet esse

ipsi principi bellum moventis moraliter certa, nam effectus sunt certi et gravissimi.

*Probatur 2<sup>a</sup> pars.* Bellum est remedium extremum valde periculosum et in se odiosissimum; atqui nefas est istius modi remedium adhibere sine absoluta necessitate: quis enim medicus in summo vite agrotantis discrimino vollet illi remedium periculosissimum dare; si alius haberet quod a fortiori valeret quando igitur de nationibus. Ergo quandiu superest alia via ad litigium finendum, quantave sit gravitas causae, non licet bellum inferre.

347. — *Corollarium.* Indo etiam appetet necessariam esse praviam belli *declarationem*, que solemniiter ostendat omnes vias pacificas incassum exploratas fuisse; alias inopinata esset aggressio quo latronum propria est. « At bellum aquitas, ait Cicero (1), sanctissime faciali populi Romani jure perscripta est: ex quo intelligi datur nullum bellum esse justum, nisi quod aut rebus repetitis geratur, aut denuntiatum ante sit et indictum. »

348. — *Thesis III.* *Summi imperantes bellum gerere nequeunt nisi cum intentione pacis.*

*Probatur.* Rectus enim ordo postulat ut societas inter se pacifice vivant, et sibi mutuo auxilium forant in vita socialis negotiis (323, etc.); atqui principes qui bellum gereret sine intentione pacis, sed tantum ad tributa imponenda et ad incrementum territorii acquirendum, hunc ordinem naturae evertere conaretur, ac prouide voluntatem moveret aversam a preeceptis juris naturalis. Ergo...

349. — *Corollarium.* Ergo necesse est ut nunquam aditus ad pacem poscendam intercludatur, nec non ut bellator se faciem ostendat, quotiescumque ordo stabiliter redintegrari potest, et sufficiens satisfactio illi oblatâ est. Tamen, juxta plures, oblatione competentis satisfactionis ab una parte, altera non teneretur bella supercedere; ratio est quia ille qui, ante bellum, negaret præstare

satisfactionem, se constituit in statu satisfaciendi per justitiae vendicativas executionem. Sed sententia opposita est æquitati naturali magis consentanea.

350. — *Thesis IV.* *Bellum gerentes nequeunt plus damni inferre quam necesse sit ad finem belli obtinendum.*

*Probatur.* *Jus belli* in mera necessitate fundatur redintegrandi ordinem perturbatum, et bellantes omnibus justitiae et humanitatis legibus, que sunt generalissimae, ligantur, quatenus saltem cum iure associationis componi possunt. Atqui ille qui plus damni inferret quam necesse sit ad finem belli obtinendum, leges justitiae et humanitatis, quibus tunc obstringitur, violaret: ex hypothesi jus assecrurationis, quod est fons iuri belli, has sevitias non postulat; quamobrem leges justitiae conceulerant sine necessitate et sine causa. Ergo.

351. — *Corollarium I.* Hinc militum licentia compescenda est, præsertim in iis qua morum honestati et religioni sanctitati detraherent: incendia, vastationes, hominum innocorum necem, mutilationem, etc., etiam strictissima disciplina impediare debent daces. « Puerum etas excusat, feminam, sexus, » ait Seneca. Imo spoliatio innocorum ruricolarum etc., est etiam per se illicita. Tamen si ad finem belli et ad victoriam necessario per accidens esset ejusmodi spoliatio, fieret licita.

*Corollarium II.* Hinc illicita sunt venenatio armorum, ammonæ, fontium, etc., quia bella virium robore, armis consilio, non beneficis patranda sunt.

352. — *Corollarium III.* Hinc etiam, parta victoria saltem completa et decisiva, omnis violentia facultas cessat: damnum enim tunc inferretur sine ullo motivo; 1<sup>o</sup> cessat præsertim jus occidendi quo bellator tantum uti potest cum est unicum atque extremum medium ut supereretur resistentia. Neque talio, neque præcedens contumacia resistendi, neque inferendus terror ratio sufficiens fundendi sanguinis humani esse possunt.

2º Poena victis inferre quæ ad nationis viciocis defensionem, incolumitatem ac redintegrationem in pristi-

(1) De Officiis, l.

num statum non essent necessariæ, nefas est. Si gens victa adeo esset periculæ ut nulla adsit securitas pro natione victrice quamdiu illa independens remanet; juste posset hac independentia privari et alterius ditionis subjici.

## EXPLICIT ETHICA.

## HISTORIÆ

# PHILOSOPHIÆ

## SYLLABUS

---

Origo philosophiae potest considerari quoad ordinem possibilitat s et quoad ordinem realem et historicum.  
1<sup>o</sup> Si de origine iuridica queras, facile repieres rationem humanam, qu , non secus ac res omnes, ad se perficiendam necessario nascitur, non posse diu agere quin ad rerum notitiam magis ac magis perfectam, seu ad eorum cognitionem per causas, deveniat: hoc modo spectata, philosophia habetur ut naturalis evolutio rationis humanae multis gradibus ascendentis a rerum sensibilia cognitione ad earumdem causas proximas et remotas; philosophia ergo, etiam si homo sibi derelictus fuisse, diu desiderati non potuisse; et hanc veritatem negare idem est ac inficiari rationem humanam esse vim quamdam naturalem ad cognoscendum ordinatam.

2<sup>o</sup> Si de facto ipso queranus, revelatione et ratione constat primum hominem divino beneficio philosophia simul et theologia imbutum fuisse. Deus non potuit primum hominem non instruere cognitionibus tunc ad propriam perfectionem, tum ad progeniem rite edocendam necessariis; sed in ambitu illarum cognitionum protoparenti necessariorium ad proprium munus patris peragendum et ad finem attingendum, certo continentur quedam notiones philosophicae. Praterea historia philosophie nobis exhibet in temporum exordio disciplinas naturales ipsi theologie implexas, ita ut subtutela revelationis ab initio appareat philosophia.

Qua de causa, historiæ philosophia dum varias scholas